

## L5 Der Juwelendieb

Gaius et Lucius ante basilicam<sup>1</sup> sedent et Quintum exspectant.

Ludunt, nam ludere amicis semper placet.

Lucius: „Quintus venire cessat. Cur basilicam<sup>1</sup> non intramus?

Pater Quinti, patronus causae, iam dicit.“

Tum Quintum vident. Dum basilicae<sup>1</sup> appropinquat, epistulam legit.

Gaius: „Salve, amice! Cur cessas? Properare debemus.“

Quintus: „Salvete, amici! Iam propero, sed epistulam lego; est epistula Flaviae.“

Tandem amici basilicam<sup>1</sup> intrant et audiunt:

„... Nox est, iudices, cuncti<sup>2</sup> dormiunt.

Aliquis<sup>3</sup> in villam Rutilii invadit,

cubiculo<sup>4</sup> Semproniae appropinquat, intrat.

Nunc homo smaragdos<sup>5</sup> sumit et decedit.

Sempronia hominem audit et statim clamat.

Dum servi accurrunt, Sempronia stat et lacrimas dat.

Tandem etiam dominus accurrit.

Tum: „Sulpicium non video. Ubi est?“

Servi, dum furem quaerunt, etiam cubiculum<sup>4</sup> rei intrant.

Subito clamant: „Hic sunt smaragdi<sup>5</sup>!“

Sed reus arte et graviter<sup>6</sup> dormit.

Sulpicius fur non est. Quaeritis, iudices: „Cur non?“

Fures, dum fugam petunt<sup>7</sup>, dormire non solent.“

Homines rident et Domitio oratori plaudunt.

Sed iudicibus verba patroni non placent – sedent et tacent.

---

1) **basilica**, -ae f: Basilika (*Gerichtshalle*) 2) **cūnctī**: alle 3) **aliquis**: (irgend)jemand 4) **cubiculum**, -ī n: Schlafzimmer  
5) **smaragdus**, -ī m: Smaragd 6) **artē et graviter**: tief und fest 7) **petere**: ergreifen